



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 85. Idem Diaconi, Presbyteri, atque Episcopi Sacris initiatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

ei agens, quod tanto zelo hucusque unionem Ecclesiae promoverit.

Sæcul. XV.  
A.C. 1417.

§. LXXXIV.

*Papa in Ecclesia Cathedrali inauguratus.*

Post meridiem Papa in Ecclesia Cathedrali solemniter ad Pontificium solium evehitur, præsentibus Imperatore, tota Nobilium corona, universo Clero tam primi, quam secundi Ordinis, Magistratibus, Canonicis, diversis collegiis, & urbis Constantiensis Primoribus. Univerfa Synodus solemniter obviam ibat Pontifici, eum ad Cathedrali deductura Ecclesiam. Prodiit ille e conclavi cum suis Electoribus albo equo rubris phaleris ornato vectus, cujus frænum Imperator a dextris, & Elector Brandenburgicus a sinistris tenebant. Ubi Papa ingressus est Ecclesiam, a Cardinalibus super Altare majus elevatus est, ut solemniter ritum Papatus sui possessionem acciperet, quod & factum est sub festivis omnium acclamationibus, & decantato Hymno: *Te Deum* &c.

*Labbe Conc.  
to. 12. p. 252.*

§. LXXXV.

*Martinus Diaconi, Presbyteri, & Episcopi sacris initiatus.*

Postera die duodecima Novembris, ut affirmant testes oculati, Dacherius, &

*Reichental  
fol. 29.*

Z 4

&

Sæcul. XV. & Reichental, quamvis plures alii de hac  
A.C. 1417. ordinatione fileant, sacrum Diaconatus  
ordinem suscepit. Decima tertia die  
Sabbati Presbyter, & sequenti Dominica  
a Cardinale Vivariensi Episcopus conse-  
cratur. Quo facto primam Missam Pon-  
tificali ritu celebravit, centum quadragin-  
ta Prælati mitra ornatis eidem assi-  
stentibus. Die decima quinta dicti Men-  
sis, omnes Clerici; & sequenti die Im-  
perator, ac Principes sæculares; die ve-  
ro decima septima Religiosi clientelare  
obsequium debitamque obedientiam pro-  
fessi sunt. Itaque non nisi ejus consecra-  
tio, atque coronatio desiderabantur, quæ  
die Dominica vigesima prima Novembris  
in Ecclesia Cathedrali peractæ fuere:  
hoc modo congregato universo coetu  
claudebantur portæ, & Cardinalis Viva-  
riensis rem divinam peregit, qua finita  
quidam Doctor Arragonensis sermonem  
habuit, postea Pontifex in sella colloca-  
tus, unctioem, atque Tiaram recepit.  
Dein oblato divino Sacrificio ad Episco-  
pale reversus est Palatium, in quo coro-  
natus fuit.

## §. LXXXVI.

*Pontificis coronatio.*

*Bonanni in* Extruxerunt ad solemnia Coronationis  
*Martin. V.* in area Palatii magnum Theatrum,  
quod